Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Octaua Domo. Cap. VIII

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

FIGVRA CCXXII.



Habens vnam lineam cruciatam,& vt ſui ramuſculi ſint aliquãtulum tortuoſi in ſituatione Solis,vt in fig.2 22.mors inimicorum opera pallore vultum pinget.

## De Octaua Domo. Cap. VIII.

DOmum Martis vocant Aſtrologi octauam,& ex ea indicia ſumpſere, ſi ex natura,an ex accidenti,horribilis an portentoſa eueniat,de eius generibus nunc tractabimus.

## FIGVRA CCXXIII.



Habens duas lineas oppoſitas vnam in situatione Martis, & alteram obliquã quæ deſcendat à ſituatione Martis vſque ad illam Mercurij, vt in figur. 223. vulnerabitur in capite.

## FIGVRA CCXXIV.



Habens tres lineas vnam tortuoſam, & vndatam in ſituatione Saturni, ſecundam in situatione Martis cum ramuſculo faciente angulum ex parte dextera, & vltimam cum ſemicirculo ex parte ſiniſtra inter situationes Martis, & Solis, vt in fig. 224. in brachijs ſauciabitur.

Fi-







226. plur

## FIGVRA CCXXV.



Habenti tres lineas,ideſt vnā cum vnco ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis , & duas obliquas ex parte dextera in ſituatione Mercurij,vt in fig.225. vulnera in caput, & in brachia infligent.

## FIGVRA CCXXVI.



In habentem quatuor lineas ideſt vnam breuem,& rectam ex parte dextera in ſituatione Saturni , & duas ex parte ſiniſtra in ſituationibus Martis , & Solis,& quartam obliquā in ſituatione Veneris,quę deſcendat vſque ad ſituationem Mercurij,vt in fig. 226.plura vulnera inſerent.

## FIGVRA CCXXVII.



Habens duas lineas vnam breuem,& rectam in ſituatione Martis,& alteram in ſituatione Solis ſicut 7, quæ deſcendat ad ſituationem Mercurij illam non excedens, vt in figur. 227. pluribus ictibus erit ſaucius in capite.

## FIGVRA CCXXVIII.



Habentis tres lineas, vnam breuem,& rectam in ſituatione Iouis ex parte ſiniſtra, aliam ſimilem breuẽ ex parte dextera in ſituatione Martis, & tertiam tortuoſam ex parte ſiniſtra in ipſa ſituatione Martis, vt in fig. 228. pluribus vulneribus erit corpus cõfoſſum.

Fi-

## FIGVRA CCXXIX.



Habens quatuor lineas vnã perpendicularem ex parte ſiniſtra in ſituatione Saturni, vnam tortuoſam, & deformem in ſituatione Martis, & duas obliquas ex parte dextera, quarum vna incipiat à ſituatione Solis, & altera à ſituatione Veneris, vt in figura 229. vulneribus afficietur.

## FIGVRA CCXXX.



Habentis tres lineas, vnam vndatam ex parte ſiniſtra in ſituatione Veneris, & duas perpendiculares in ſituatione Mercurij, quæ deſcendat vſq; ad ſituationem Lunæ, vt in figur. 230. vulnera caput frangent.

## FIGVRA CCXXXI.



Habens duas lineas, vnam perpendicularem ex parte dextera, quæ deſcendat à situatione Veneris, vſq; ad ſituationem Lunæ, & alteram deformem ex parte siniſtra in situatione Mercurij, vt in fig. 231. confodietur vulneribus in capite, & in brachijs.

## FIGVRA CCXXXII.



Habens duas lineas, vnam obliquam in ſituatione Iouis, & alteram tortuoſã in ſituatione Martis, vt in fig. 232. à violenta morte delineabitur vultus pallido colore.

## FIGVRA CCXXXIII.



Habens vnam lineam obliquam perpendicularem, quæ deſcendat à situatione Martis ex parte ſiniſtra, cum ramuſculo, à ſituatione Solis, & alteram breuē ex parte ſiniſtra in situatione ipſius Solis, vt in fig. 233. vulnerabitur in cruribus.

## FIGVRA CCXXXIV.



Habens vnam lineam breuem, & rectam ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, & alteram circularem in ſituatione Lunæ, vt in fig. 234. interitum habebit in vndis.

## FIGVRA CCXXXV.



Habens duas lineas obliquas, vnam quæ deſcendat à ſituatione Martis, vſque ad ſituationem Saturni, & alteram à ſituatione Solis vſq; ad illam Iouis, & ambas ex parte ſiniſtra, vt in fig. 235. cadet in aquas.

## FIGVRA CCXXXVI.



Habentis duas lineas vnam breuem ex parte dextera in ſituatione Martis, & alteram ex parte ſiniſtra in ſituatione Mercurii, vt in fig. 236. ſpiritus euaneſcet in aquis.

## FIGVRA CCXXXVII.



Habens tres lineas, vnam breuem ex parte dextera in ſituatione Iouis, & duas oppoſitas in ſituatione Martis, vt in figur. 237. deſcendet ad aquas.

## FIGVRA CCXXXVIII.



Habens tres lineas vnam curuam in ſituatione Iouis, & duas breues, ideſt vnam in ſituatione Veneris, & alteram in ſituatione Mercurij ex parte ſiniſtra, vt in fig. 238. aqua madidus ad occidentem vitæ perget.

## FIGVRA CCXXXIX.



Habens vnam lineam vndadatam cum vno ſemicirculo in medio in ſituatione Martis, vt in figur. 239. decubabit in aquis.

## FIGVRA CCXL.



Homo, vel fœmina, qui habebit duas lineas, vnam cum vnco in ſituatione Martis, & altera breuem ex parte dextera in ſituatione Solis, vt videtur in citata figura 240. indicant ſummerſionem.









## FIGVRA CCXLI.




Habenti tres lineas, duas ſicut 7, vnam ex parte dextera, & alteram ex parte ſiniſtra in ſituationibus Martis, & Veneris, & tertiam rectam in medio ſituationis Mercurij, vt in fig. 241. vnde dabunt interitum.

## FIGVRA CCXLII.



Habens vnam lineam rectam in ſituatione Martis, cum ramuſculo, qui intrinſecat ex parte ſiniſtra, vt in figura 242. in aquas corruet.

## FIGVRA CCXLIII.



Habens vnam lineam facientem angulum ex parte dextera cum, ramuſculo, qui fertur deorſum ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, & alteram in ſituatione Solis, quæ facit vncum ex parte dextera cum ſemicirculo in medio, vt in figura 243. decumbens in aquis apparebit.

## FIGVRA CCXLIV.



Habens duas lineas, vnam obliquam ex parte dextera, quæ deſcendat à ſituatione Martis, & alteram breuem, & rectam ex parte ſiniſtra in ſituatione Solis, vt in fig. 244. in vndas delabetur.

## FIGVRA CCXLV.



Habens duas lineas tortuoſas, vnam in ſituatione Martis, & alteram in ſituatione Solis, vt in fig. 245. madefactum in vndis corpus ab anima ſeparabit.

## FIGVRA CCXLVI.



Habentem duas lineas, vnã breuem, & rectam ex parte dextera in ſituatione Martis, & vnam curuam in ipſa parte dextera in ſituatione Solis, vt in figur. 246. naufraga vnda occidet.

## FIGVRA CCXLVII.



Habens duas lineas vnam curuam ex parte ſiniſtra in ſituatione Iouis, & vnā rectā in situatione Martis intrinſecatā ex parte dextera, vt in fig. 247. vaſtis aquis immergetur.

## FIGVRA CCXLVIII.



Habens duas lineas vnam breuem, & vndatam ex parte dextera in ſituatione Martis, & alteram ſimiliter vndatam, & breuem ex parte ſiniſtra in ſituatione Mercurij, vt in figura 248. occidet in aquas.

## FIGVRA CCXLIX.



Habens duas lineas circulares in ſituatione Iouis, vnã quę deſcendat vſque ad ſituationem Saturni ex parte ſiniſtra, & vnam rectam in ſituatione Martis, vt in fig. 249. in vndis interibit.

## FIGVRA CCL.



Habens vnam lineam cum vnco ſicut eſſet 2, in ſituatione Martis, vt in figura 250. ſuum occaſum videbit in aquis.

## FIGVRA CCLI.

Habens duas lineas vndatas, & tortuoſas, vnam in ſituatione Martis, & alteram in ſituatione Solis, vt in fig. 251, in vndas ruet.



## FIGVRA CCLII.

Habens vnam lineam confuſam in ſituatione Martis, deſcendentem in ſituationem Solis ex parte ſiniſtra, vt in fig. 252. verget ad lethum aquarum cauſa.



Fi-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

FIGVRA CCLIII.



Habens duas lineas vnam cum ſemicirculo in medio in ſituatione Iouis, & alteram breuem, & rectam ex parte ſiniſtra in ſituatione Solis, vt in figura 253. ſubmergetur.

## De laqueo ſuſpendi indicantibus lineis.

FIGVRA CCLIV.



Habens duas lineas vnam curuam in ſituatione Saturni, & vnam cum ſemicirculo in ſituatione Martis. vt in figur. 254. laqueo exanimabitur.